

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Ioannes Streler I. Doc. Ioanni Reuchlin S.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

EPS. ILLVST. VIRORVM AD

Ioannes Streler I. Doc. Ioanni Reuchlin S.

CERTIOR factus es certo scio quale ocium nobis sit, & qualis ualetudo, quæ deniq; prouisio doctorum hominum atq; aliarū rerū necessariatū. Fruimur nos singuli bona ualetudine, Incipiunt nunc uacationes quibus dabimus operā libris græcis. Ea in re ad prima elementa addiscēda meliorem p̄cepto rem habere in hac urbe non possemus q̄ noster patronus sit. Scribimus quotidie & græce & latine. Versamur nunc in tertia declinatione synaresiata. Post uacationes leget Christophorus Landinus Horatiū & rhetoricā Tullii nouā. Lippus uero cæcus æneidos libros Maronis & Quintiliani opus. Mihi uideat non fore inutile ut accederent ad aliquos saltē Dionysius & Ioannes, quibus patronus noster consulere quicquid noluerit, nescio quā ob rem. Quid tu uelis me in hac re agere fac non ignorem. Scripsi etiā tuæ humanitati de Angelo Politiano doctissimo utriusq; linguæ uiro, quid agēdū sit. Nā is cōtinuo est apud diuinū illū uirū Comitē de Mirandula apud quē etiā ego ipse his diebus fui. Cōmodiorē autē uia excogitare non potui, qua mihi in eius Comitē aedes ire tandē aliquā liceret, eūq; illic philosophatē audire, q̄ ut te ipm tanq̄ tuo nōie atq; iussu illi cōmendarem. Sic em̄ finxi, qui statim ait. Est ne is qui superiorē anno penes me hic fuit, aliqua de Orpheo interrogans si recte memini. Ad hæc nos tuos ei cōmendauit, rursus certe nobis pollicito summā humanitatē quibuscunq; in rebus possit p̄desse. Vnū hoc deniq; orabat, ut si qui istic uel in monasteriis uel aliubus essent libri rari, eorum ad se indicē mitteres. Quod si essent aliqui ex antiquissimis emendate scripti litera Longobarda ne se cælares, quorū em̄ sibi copia non esset, eos se curaturū ut excriberētur aiebat. Da igitur operā ut illi mos geratur, quo nō ei tñ sed etiam Laurentio Medici gratissimum facies. Bibliam hebraicam hactenus habere non possum. Vale. Ex Floreñ.

Ioannes Streler, Ioanni Reuchlin S. D.

Martinus Breminger tibi offert Platōis opa cū Theologia, Heptaplū ac Miscellaneas Angeli Politiani, de exp̄sis tūcū eo cōuenias, librorū p̄cia mihi iā soluisti. Plotini opa sunt finita, q̄ si optas fac ut scia. Nullos libros græcos hic uenales reperio. De Biblia hebraica ero certior cum Holtzhuser uenerit ex regno